vito eius inscribit et advitaliciat videlicet quod praedictam coniugem suam post fata mariti eiusdem recognoscentis in eisdem bonis morte eius derelictis perturbare non debeant se et suos successores in omnem submittit se eandem cum suis successoribus ab omnibus impedimentis quarumvis personarum tueri et defendere Et coram officio castren. Bransen. peremptoria responsione omnibus universis exceptionibus allegationibus inhibitionibus appellationibus ac earum prosecutionibus se et suos successores ab scribendo et abrenunciando personali sua recognitione mediante.

Zaremba — obligatio

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Bransen. pers. comparens Nobilis Laurentius olim Jacobi Szczepietowski de Szczepietowo Zaki haeres sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit quia Nobili Joanni olim Stanislai Zaremba et eius posteris bonorum suorum immobilium in bonis Szczepietowo Zaki sulcorum in campo duos sulcos hyemmales a strata Wysocensi ad Bransken. ... inter mettas Nicolai et Adami Szczepietowskich iacentes cum omnibus eorundem sulcorum utilitatibus nullis exceptis in quinque sexagenis polonicalibus ad exemptionem obligavit Cui iam exnunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et Nobiles duos officii acceptandam dat et admittit submittitque se eundem tenutarium suum et eius successores occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico omnium et singularum personarum tueri defendere solus per se et per submissas personas non iniuriare Sub vadio similis summae Et coram officio praesenti castren. Bransen. peremptoria responsione omnibus universis exceptionibus allegationibus motionibus appellationibus evasionibus aliis in universum iuris remediis se et suos successores ab scribendo et abrenunciando hac sua personali recognitione mediante.

Spata — Quietatio

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Bransen. pers. comparens Nobilis Albertus olim Martini Ossunkowski sanus mente et corpore existens palam recognovit quia Nobilem Jacobum olim Mathiae Spata de persolutione summae viginti florenorum polonicalium coram actis terrestribus Bransen. inscriptae ob sufficientem satisfactionem et summae eius integram evolutionem quietat emittit et inscriptionem cassat perpetuo.

Doplawski — Cessio

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Bransen. personaliter comparens Nobilis Gregorius olim Pauli Wygonowski de Trucki haeres nomine suo et Nobilis Dorotheae Doplawska consortis suae a qua pacem cavet sanus mente et corpore existens palam recognovit quia Nobili Bartholomeo olim Erasmi Doplawski et eius posteris de omni et integro iure suo seu

inscriptione